



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Additiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

ad ipsam cogitationem ad rem unam, scilicet ad subsequendum DEO  
Creatoris suo, & salutis anima sua consulendum, multo libe-  
rius ac expeditius utitur natura viribus in quarendo eo,  
quod desiderat tantopere. Tertia, quod, quanto se magis  
reperit anima segregatam, ac solitariam, tanto aptioreme  
seipsum reddit ad querendum, attingendumque Creatorem  
ac Dominum suum, ad quem insuper, quo propius accedit,  
eo melius ad suscipienda bonitatis divinae dona disponitur.

## Additiones.

I. Etiam has pridie, quam incipiuntur Exercitia, dan-  
das esse Directorium c. 15. n. 8. monet, ubi sequenti numero  
addit, curandum esse, ut exactè serventur, quia ex ipsis valde  
pendet fructus spiritualis Exercitiorum. Cur autem S. Ignatius  
ipsas Additiones vocaverit, non constat; fortè ideo hoc  
nō nomine expressit, quia Exercitio trium Potentiarum (in quo  
norma & modus meditandi reliquias Meditationes contine-  
tur) & cæteris quatuor subsequentibus Exercitijs subjunctæ  
& additæ sunt, velut speciales industriae ad melius peragen-  
da Exercitia, & ad ea, quæ optantur, invenienda perutiles, ut  
ipse S. Pater in hoc titulo insinuat; unde P. Balthasar Alvarez  
non solum in Exercitijs, sed etiam totius anni decursu cas-  
dem accuratè observari volebat, uti in c. 2. §. 1. vitæ video-  
re est.

II. Prima itaque Additio est, ut ego post cubitum, mo-  
dico temporis spatio, quo recitaretur semel Angelica Salu-  
tatio, cogitem de hora, quam surgendum mibi erit, & de Exer-  
cito faciendo. Hæc additio, ut per se patet, soli Meditatio-  
ni, quæ vel media nocte, aut sub auroram instituitur, conve-  
nit, juvante non modice ad nocturna somnia mitiganda, si  
honiinem egregiè sobrium & vigilantem talis cogitatio  
deserat.

III. Secunda, ut expergefactus statim exclusis aliis  
omnibus cogitationibus, animum ad illud applicem, quod in  
primo media noctis Exercito contemplaturus sum; Vtque  
majoris Secundaria & confusionis gratiâ exemplum mihi  
hujusmodi proponam: Quomodo Miles aliquis staret coram  
Rege suo & cœtu Aulico erubescens, anxius, & confusus, qui  
in Regem ipsum acceptis ab eo prius beneficiis, donisq; pluri-

mis ac magnis, graviter deliquisse convictus esset. Insti-  
do itidem Exercitio reputans, quantum peccaverim  
gam me catenis vincatum esse, ac protinus sstendum  
summo Iudice, sicut mortis reus quispiam, ferreis lig-  
compedibus duci ad tribunal solet. His igitur vel aliis  
meditandarum genere cogitationibus imbutus, vestis  
me induam. Etiam haec additio, ut ipse S. Pater not. 12  
auat, illi tantum Meditationi, quae mediâ nocte, vel sub-  
teroram fieri solet, convenit, estque non parùm utilis al-  
stractiones cavendas, licet rectè aliqui advertunt, non  
urgendam esse, ut etiam aliis aspirationibus sit locus.

IV. Tertia, ut à loco futura Meditationis uno  
mino passu adhuc diffans, per tantillum tempus, quo per-  
ri Oratio Dominica posset, animo sursum elevato, con-  
rem Dominum meum IESVM ut presentem, & spediat  
quidnam acturus sum, cui reverentiam cum humili-  
exibere debeam. Quam additionem P. Cecottus in  
momenti esse ait, idoque magnificentiam aliquam & am-  
de infinita illa Majestate, abjectissimam vero de nobis  
nionem formandam suadet.

V. Quarta est, ut ipsam aggrediar Contemplationem  
nunc prostratus humi, & pronus, aut supinus jacenti,  
sedens, aut stans, & eome componens modo, quo speran-  
cilius id consequi, quod opto. Vbi adverti duo debent:  
mum, quod si flexis genibus, vel in alio quovis situ voto  
possum, nil requiram ultra. Secundum, quod in pri-  
in quo afflicitus fuero questam devotionem, conque-  
debeo sine transcurrendi anxietate, donec mihi sanxerit.  
Quam tamen additionem ( saltem quoad prostrationem  
templo aut eoram aliis nunquam, sed domi duntaxat ob-  
vandam, iterum monet S. Ignatius.

VI. Quinta est, ut completo Exercitio sedens vel de-  
bolans, per quartam circiter hora partem, mecum dillo-  
am, quonam modo Meditatio seu Contemplatio mihi fac-  
serit. Et se quidem male, inquiram causas cum pani-  
ac clementationis proposito; si vero bene, gratias DEO aga-  
eundem postea modum observaturum. Quam additionem  
Hugo Rott tanti momenti esse putat, ut fine ea vir que  
quam in arte meditandi progressum facturum putet. Pr.

pitur autem hoc examen triplicem ob suum: 1. Ut nox<sup>e</sup>  
per negligentiam admissa citius deleantur. 2. Ut major  
facilitas meditandi comparetur, dum causae erroris cognos-  
cuntur. 3. Ut fragmenta ex spirituali hac refectione col-  
ligantur, sive fructus Meditationis annotetur, si occasio id  
permittat.

VII. Sexta est, ut cogitationes, quae gaudium afferunt,  
qualis est de gloria Christi Resurrectione, subterfugiam,  
quoniam talis qualibet cogitatio impedit fletum & dolorum  
de peccatis meis, qui tunc querendus est, ad scitam potius mor-  
tis vel judicij recordatione. Ex qua additione patet, quan-  
topere S. Ignatius semper desideraverit, ut prima semper cu-  
ra de Meditationis felici successu habeatur, atque ad cum ob-  
tinendum omnia alia exercitia & industria dirigantur, id  
quod jam olim etiam S. Bernardus ser. ad Featres de Monte  
advertisit dicens: *Lectionis modum similis Meditationis sequitur*  
*solet. Lactat lectio, Meditation pascit, oratio illuminat &*  
*confortat. Proponenda igitur lecturo talia sunt, ex quibus*  
*semper aliquid occurrat, quod animum exciteret ad amorem*  
*DEI, & contemptum sit; cetera delectare quidem mensa*  
*possunt, sed non adificare, quin potius mentem insicere, & in*  
*tempore orationis ac meditationis inutilia quaque vel nota*  
*menti obijcere.*

VIII. Septima, ut eandem ob causam omni me privent  
lucis claritate, januia ac fenestrarum clausis tantisper, dum illa  
moror, nisi quamdiu legendum aut descendendum erit. Quam  
tamen additionem in prima tantum hebdomada observari  
cupit S. Iguatius, nam in secunda hebdomada suadet, ut luce  
potius vel sereno celo delectetur is, qui exerceatur, quatenus  
ad Scopum desideratae rei attingendam conductit.

IX. Ut a risu, verbisque risum provocantibus maxime  
abstineam. Cum enim de serio negotio, reformatio se illic  
et vitæ agatur, non decet aliquid committere, quod levitas  
cujusdam speciem, ut est risus inordinatus, praeser-  
fert.

X. Nona, ut in neminem oculos intendam, nisi salu-  
tandi aut caledicendi poscas occasio. Parum quippe prode-  
rit ad collectionem solitudo reliqui corporis; si oculus fo-  
ris vagetur, anima inque deprædetur, & abducatur.

XI. De-

XI. Decima, ut aliquam addam satisfactionem penitentiam, qua quidem in exteriorem & interiorum videtur. Interior est dolor de peccatis propriis cum profirmo cavendi tum ab illis, tum ab aliis quibusvis interiorum. Exterior autem est fructus interioris, videlicet cogitatio aliqua de commissis, qua tribus potissimum modis mihi potest. Primo circa somnum, subtractis quibusdam superfluis solùm (quod temperantia est, non penitentia etiam convenientibus alimentis. Et eò fit melius quod subtrahitur, sitatà interim natura corruptione, aut de te gravi vel infirmitate. Secundo circa somni modum, sublatis non molibus tantum aut deliciis nisi sed alijs etiam opportunis, quantum licet, citra vitam letudinis grave periculum. Quapropter de somno necessarium demendum est, nisi aliquantis per ad consuetudinem (sic uie est nimis somni) moderandam. Tertio circa carnem, ut infictum sentiat dolorem, admotis, gestatis, cilicis, funibus, aut vestibim ferreis, vel incusis, venibus, ac plagiis, vel aliis austeritatis generibus assumptis quibus tamen omnibus magis expedire videtur, ut dolor sensus in carne tantum sit, nec penetret ossa cum infirmitatis periculo. Quare flagellis potissimum utemur ex fune minutis, qua exteros affligunt partes, non autem ad teriores, ut valetudinem adversam causare possint. Pro ista has penitentias duo insuper bene advertenda sunt, a mentem S. Ignatij. Primum est, quod triplex earum & effectus sit, nimirum ut pro delictis praeteritis nonnihil risiat: & ut vincat scipsum homo inferiorem sui partem, sensualitas appellatur, Superiori, hoc est, rationi magis iiciens: Ut postremò queramus atque impetremus aliquas gratias divinas, quod opramus, puta intimam conationem cordis de peccatis, & abundantiam lachrymarum vel propter illa, vel propter penas & dolores Passionis Christi, aut dubij alicuius, quod nos angit, resolutionem. Eundū est, quod, cum penitentias ejusmodi omittamus, ob affectū carnis, aut erroneum judicium, quasi naturalis stra complexio illas ferre non possit, citra ingens valetus detrimentum: & è contrario justum nonnunquam potentiaz modum excedamus de corporis robore nimis esse.

dentes, sicque optatus doloris vel consolationis affectus per eas quæsitus non inveniatur, expediat interdum mutare genera pœnitentiaz; sic enim eveniet, ut clementissimus Dominus, qui naturam nostram perfectissimè cognoscit, unicuique id compertum reddat, quod ipsi expedit.

XII. Atque hæ sunt additiones à S. Ignatio præscriptæ, ex quibus ut optatus fructus reportetur, rectè monet idem, examen particulare faciendum esse ad tollendas culpas & negligencias, quæ circa ejusmodi additiones, totaque Exercitia irrepere solent.

**Alia tria puncta Sacerdoti specialiter observanda ad felicem Exercitiorum successum consequendum.**

I. Etsi annotationes & additiones haec tenus allatæ plurimum conducant ad Exercitia fructuose obeunda, tria tamen adhuc supersunt, quæ à Sacerdote specialiter cognosci, ac studiosè observari debent.

II. Primum est, ut, quemadmodum alibi jam monui, diligenter attendat, quis specialis fructus ab eo per hæc Exercitia intendi ac quæri debeat, ut eo cognito tanto facilius opportuna media ad illum consequendum adhibere possit. Septemplicem ergo fructum ab eo specialiter quærendum ajo, quorum primus est *Cognitio sui ipsius clarior*, sine qua ferè desperanda est posteriorum fructuum consecutio, sed potius ipsi accommodari debebit illa Sponsi ad Sponsam Cant. I. proleta sententia: *Si ignoras te, o pulcherrima mulierum, egredere, et abi post festigia gregum tuorum.* Secundus est *Vocationis sua major cognitio et affirmatio*, ut dignè ambulet vocatione, quâ vocatus est. Tertius *Gratitudo pro beneficio vocationis*, ut jugiter DEVM sibi subvenire faciat per gratiam vocationis collatam, si collatum beneficium semper ante oculos assistat. Quartus *Dolor et confusio ob negligientia in implenda vocatione admissam*, ut, dum sibi ipso per talen dolorem stimulus addit, equorum more, celeriori cursu commissum errorem compenset. Quintus *Seruum et efficax propositum*, totis viribus ad perfectionem Statui suo propositam contendendi; cum juxta pium Ascetam